



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvi Svnt Praecipui Errores Papistarum de contritione?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

Hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed in-  
famie damnatur illustribus testimonij diuinis. 1. Timoth. 1. Milita-  
nani militiam, reuinens fidem & bonam conscientiam. Item Cor-  
soratores, Adulteri, Homicidae, &c. non possebunt regnum  
Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, viuetis. Item  
et Aaron: Dominus voluit conterere eum.

## D E P O E N I T E N T I A.

**E**T si nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem,  
supuores & dolores, ramen Ecclesia sic nominat conuersionem ad  
Deum, qua & dolores & consolationem continet, seu mortificatio-  
nem & viuificationem, ut Psalmus nominat. Et interdum narrationes  
Evangelicae sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore,  
penitentiam agente. Nec tamen λογοπαχτι mouemus, si quis  
aliter vult loqui, non pognamus cum eo. Retinemus bono consilio  
recabulum in Ecclesia nostrissimum, ut res citius intelligatur, & ma-  
gis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Mon-  
achis multis seculis doctrinam de pœnitentia corruerunt.

Q U I D E S T P O E N I T E N T I A S E V  
conuersio ad Deum?

Pœnitentia seu conuersio ad Deum est contritio, id est,  
verus paup & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christo  
recipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustifica-  
tionem & viuificationem, & incoare nouam obcedientiam.

Q U O D S V N T P A R T E S  
Pœnitentiae?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obcedientia. Hanc parti-  
tionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & perimus eam  
ne calumnijs intelligi.

## Q U I D E S T C O N T R I T I O ?

E st vere expaescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra,  
& dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contri-  
vit omnia ossa mea. Et Iesaiæ 55. Ad quem respiciam, nisi ad contri-  
tum spiritu, & trementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Post  
quam ostendisti mihi, percussi femur meum, id est, confernatus sum:

## Q U I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S

Papistarum de contritione?

D VO sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior  
est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nul-  
la possit esse sufficiens. Et vbi cung, crescunt dolores sine confortatio-  
ne & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A I T A :

**A L T E R** error est manifesta concumelia contra Christum,  
quod fingunt, contritionem mereri remissionem.

**E S T N E C O N T R I T I O N E C C E S S A R I A ?**

**R E S P O N D E O.** Est necessaria aliqua contritio, quicunque  
mento dicitur: Vnuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conver-  
tur & vivat. Oratio copulativa est, & vtrung; affirmat: Vnde  
conversionem, & promittit vivificationem. Significat autem in  
dicto conuersio non simulatum dolorem, & mutationem prioris po-  
positi. 2. Corinth. 7. Contritati estis, ad penitentiam, & tunc  
secundum Deum, pénitentiam ad salutem non pénitentiam estis.  
Rom. 6. Vetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleamus  
peccati, ne seruamus peccato. Item: Initium sapientie nō  
Domini. Supra citatum est dictum Iesaiæ: Ad quem respiciam, nō  
ad contritum spiritu, & trementem sermones meos. Item: Scilicet  
corda vestra. Item: Deus ignis consumens est. Davus  
calamitatibus hanc miseram naturam ideo onerauit, vt ira misericordie  
peccatum agnoscamus, & perterrefacti confugiamos ad ante-  
torem Iesaiæ 28. Vexatio dat intellectum. Psalm. 18. Bonum mihi  
quod humiliasti me, vt discerem iustificationes tuas.

**C O N T R A .**

De ignoto non potest esse dolor,  
Multæ & magnæ peccata, quæ tamen non nouimus, remittere.  
Ergo non est necessaria contritio.

**R E S P O N D E O** ad maiorem: De ignoto non potest esse dolor,  
scilicet in specie. Deinde ad minorem respondeo: Multæ & magna  
peccata, quæ tamen non nouimus, scilicet in specie, remittuntur, si  
ut scriptum est: Delicta quis intelligit? Sed in genere nouimus in  
hac depravata massa caliginem & dubitationes esse, & multæ esse  
flammas, ut sentimus. Ideo Propheta in Psalmo simul comple-  
tur hec mala: Ecce in iniuritatibus conceputus sum, & in peccatis  
concepit me mater mea. Necesse est igitur, aliquem verum dolor  
in nobis esse, in quo cum fide erigimur, accipimus remissionem pe-  
ccatorum. Nec disputandum est, an sit sufficiens dolor pro  
non pender remissio ex merito, aut magnitudine doloris. Sed certe  
mum est, nullum esse sufficiendum dolorem, & cum crevit dolor pro  
consolatione, homo ruit in æternum exitium. Experimus autem  
vras, in vera conuersione luctam ingentem esse, & non sine magna  
ramine apprehendi consolationem fidei, sicut inquit ille: Credidisse  
me, sed, openfer imbecillitatib; meæ. Item, Spiritus intercep-  
pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item, Spiritus opulenter  
firmitati nostræ.